







GRATULATIO CUM  
VOTO AD

*Amplissimum, Consultissimum &  
Excellentissimum Virum:*

DN. JOHANNEM STUR-  
MIUM, JC.

ILLUSTRISSIMI ET CELSISSIMI  
PRINCIPIS AC DOMINI,  
DOMINI

AUGUSTI,

Principis Anhaltini Comitis Ascaniæ,  
Domini Servestæ & Bernburgi, &c. Consilia-  
rium & Ditionis Servestanæ Can-  
cellarium.

Ob

NATHANEM LUDOVICUM  
FILIIUM RECENS NATUM.

*Facta ad declarandum erga Amplit. & Excell. ipsi.  
in officiosissimum & debitum affectum. à*

MARCO à BERGA, Sil. & Magnif.  
ipsius Filij Charissimis.

*Servestæ. Typis Andreae Bezelij, Anno 1634.*





Proverb. 17.

Corona senum filij filiorum: & gratia filiorum,  
patres eorum.

C. Sallust: in proœm: de bello  
Jugurth.

**D**Ux, atq; Imperator vitæ mortalium animus  
est: qui ubi ad gloriam virtutis viâ gras-  
satur, abundè pollens potensq; & clarus est,  
neq; fortune eget: quippe quæ probitatem, indu-  
striam, cœterasq; bonas artes neq; dare neq; eripe-  
re cuiquam potest. Sin; captus prævis cupidini-  
bus ad inertiam, & voluptates corporis pessum da-  
tus est, perniciosâ libidine paulisper usus, ubi per  
socordiam, vires, tempus, ingenium defluxere,  
naturæ infirmitas accusatur: Suam quippe cul-  
pam auctores ad negotia transferunt.



I.



Nvenias quod quisq; volet:  
(non omnibus una  
Est mens, hic spinas colli-  
git, ille rofas.

Saturnus tenuit regni cūm  
(fræna quieta,  
Traçtabant gentes otia  
(blanda rudes:

Non homines illic Cerealia sacra colebant,  
Pieridumq; decus laude vacabat inops:  
Trigemini at fratres postquam eripuere parenti  
Regnum, sudori munera cuncta dedit  
Iuppiter, & curis habuit venalia tantum  
Præmia; segnitix nulla fuere data.  
Exemplo firmas proprio, Tu, lucra laboris  
ô patriæ Sturmī lausq; decusq; tuæ.

A 2

Nam-

Namq; uteras juvenis, Parnasi vertice summo  
Currebas celeri nec titubante pede.  
Tu nosti Sophiæ, Dices sacraria nosti,  
Nostiac Eunomiæ per juga celsa domum.  
Juppiter idcirco retulit tibi præmia digno,  
Præmia non ullo, quæ peritura die.  
Dum, Lunæ ut radios magnum deflectit in orbem,  
Cynthius, & multa luce micare facit:  
Sic moderante ipso, largè inte fundit honorum  
Lumina, Anhaltini Phosphorus ille poli  
*Augustus Princeps.* nam Cancellarius audis  
Illius & Sorabos nunc animare Soles. dit)  
Dona quoq; hæc Themidos mira dulcedine con-  
Est Sophiæ, est Themidi juncta favore Venus.  
Namq; brevis vitæ legem dum triga sororum  
Scripserat (heu!) primi conjugij sociæ,  
(Quæ tamen ipsa Tibi genialis pignora lecti  
Liquit) legitimo fœdere juncta fuit  
Altera, non ulli fidâ quæ mente secunda,  
Altera quæ nulli gente secunda suâ.

Utq;uc

Utq; arbor Libyæ famâ notissima Lotos  
Mortali generi, poma beata tulit:  
Sic ea dum rursus casti dat germen amoris,  
Infundit menti, gaudia mille tuæ;  
Quæ recreant animum defessum mole laborum  
Venturæ ætatis quæq; levamen erunt.  
Maeste bonis igitur, tot donis, maeste Jehovæ;  
Sic laudem obfuscent nubila nulla tuam!  
Sic honor ille tuus, nomen, virtusq; vigescant!  
Dum sol perspicuâ luce coruscus erit.

I I.

**R**oma viros fortes lauru decoravit amœnâ,  
Roma dedit sertum Janum claudentibus  
almum,

Roma togâ longâ cinxit, qui fœdere sacro  
Juncti, tot bellis lassatam, prole bearunt.  
Fascibus hinc Consul meritò præcescit, amore  
Labentis patriæ qui mascula fulcra creavit,  
Cœlebs dimidio fuit ast orbatus honore.  
Hinc pueros quinos gignens, est mole levatus

A 3

Tu-

Tutelæ, & potuit mœstas abstergere curas.

At quantum Sturm I vultum venerata fuisset,  
Omnia virtutum qui Semina possidet unus?  
Qui simul est Sorabis Atlas, dignissimus Atlas,  
Qui studet & Martis fævos auferre furores,  
Quem beat & conjux numerosâ prole parentē,  
Prole equidem genio simili ingenioq; paterno,  
Quæ simul in patriæ curas assurgat apricas.  
Quàm vigilas, vigilantq; tui sine fine labores,  
Sturmi pro nobis, tam sint tibi prospera fata,  
Fata tibi, soboliq; tuæ, cui Jhova favebit.

*Ita*

*Magnifico Dn. Cancellario, Patrono  
suo incomparabili animitus  
gratulabatur.*

*Marcus à Bergâ Silesius.*

Voti-



Votivæ acclamations Honoratissimo Domino  
Parenti in nativitate filioli  
**NATHANIS LUDOVICI**, fratris Cha-  
rissimi ipsi oblata.

**I**nge Thalia novos calamos & scribe libel-  
los, (vit,  
Nam Deus ille bonus Genitorem prole bea-  
Charus amor nobis charo quam sanguine junxit:  
Letitia ô cumulum! Nostri sic fama parentis  
Crescet, & in pulchro longè sic germine vivet.  
Et veluti Phœbus quo spargit lumina plura,  
Perlustrat citiùs terras & splendet Olympo;  
Quò fluvij plures à dulci fonte feruntur,  
Hoc magis atq; magis sumunt in corpore vires:  
Sic animi nostri, Genitor, pars maxima, plura  
Germina quò Christi, perges innectere regno,  
Sic tibi sic nomen, virtus & fama manebit;  
Præsidium nobis eris, & prænobile lumen,  
Lumen, quod patrium mittat, foveatq; calorem.  
Sic voveo! ô Patri, & Matri concede Jehovah,  
Omnibus ut vivant nobis vel Nestoris annos  
Et videant natos, & qui nascentur ab ipsis.

à Balthasare Sturmio.



Urgite Pierides nunc & nova carmina  
nostro

Patri deferte, & tu mea Musa cane,  
Tu tenuis quamvis tenui modulamine cantes  
Sisquè simul recti & sis rationis egens.  
Sicut enim Rex Persarum pietate politus  
Ipsi cum fasces & diadema darent  
Subjecti, haud tempfit munus sua rura colentis,  
Obtulit exiguum qui modo munus aquæ  
Sic (quia nudus opum) chartacea munera dono  
Patri, dum pulcrâ hâc prole beatus erit  
Grata sient mea quæ gratæ *munera* mentis!  
Atquè meæ monstrent lætitiæ cumulum!  
Non mentis dubiæ sum quin tu fronte serena  
Adspicias, oculo & splendidiore tuo.  
Sit similis proles genio ingenioquè parenti!  
Sit matri similis moribus, arte, suæ!  
Tu vivas, Genitor, Tithonia secula vivas  
Et capias curæ magna brabea tuæ.

*Ita vovet, ita optat affectu  
obedientissimo*

Gottfridus Sturmius.

Cl 1926

ULB Halle 3  
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich  
Buchbindereimeritor  
Merseburg a. S.

1017





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.



32

CUM

ltissimum &

M STUR-

C.

ELSISSIMI

MINI,

T I,

ntis Ascania,

gi, &c. Consilia-

anz Can.

OVICUM

ATUM.

olit, & Excell. ipsi.

ffectum. à

Sil. & Magnif.

mis.

ij, Anno 1634.

